ubi quid si sit per distributionem temporum, Spino in specul. gloss. 14. ex num. 3. ubi num. 6. & sequentibus, explicat ad propositum, textum in l. Centurio, ff. de vulgari, & l. precibus, Cod. de impuberum & alii, quos etiam conciliait Menochius, lib. 4. presumptione 52. & presumptione 45. ubi quod comprehendit exemplatum; quando facta est filio furioso; & presumptione 53. & sequentibus usque ad 38. ubi laetus materiam prosequitur, & fiduciam commissariam continere probat in presumptione 68. num. 4. Rota apud Farinacium, 1. parte, decisione 49. & decisione 357. num. 10. & 11. ubi multi referuntur, & in 8. part. inter ejus opera, decis. 504. ubi de Compendiosa facta impuber ad bona testatoris restituenda, an comprehendat pupillarem; Et quod Compendiosa facta sub conditione voluntaria & non necessaria ad vulgarem, prout est: Si non possit vel nolit esse heres, non comprehendit vulgarem, probat Surdus, decis. 57. num. 2. vide eum ibi; & num. 35. & per totam decisionem, ubi multa ad propositum adducit: Et praeterea circa matrem hujus numeri videores Petrum Gregorium dicto cap. 26. ex num. 4. & Fusarium tract. de Compendiosa, glos. 237. & sequent. usque ad 2. 8. ubi omnem materiam hoc nam. & sequentibus contentam prosequitur, & Cancerius, variar. 3. pa. t. cap. 21. num. 56. & Scaccia de Iudicis, lib. 2. cap. 9. ex num. 1306. & Merlinus de legitima, lib. 3. tit. 1. quest. 14.

Ad numerum 4. ibi: & resolutio respondet, &c.

Et ibi, sed his non obstantibus, &c.

Substitutionem comprehendam factam, à pagano per verba directa, valere post pubertatem jure obliquo, & tangam fideicommissariam; ut Gomezii noster probat in presenti, esse verissimam opinionem in puncto iuri; licet de iure Regio anterior, & tenenda videatur contraria communis opinio ex lege 12. titul. 5. parvula 6. ut noster iridem docet in versiculo, adverendum tamen: probant Cevallos, & multi ab eo relati, in questione 765. tom. 4. ubi ad literam adducit resolutionem nostri Gomezii in presenti; & plures Doctores, pro utraque parte, adducit ipse Cevallos, tom. 1. quest. 159. ex numer. 1. & dicta sententia amplectenda viderit, licet alio modo propositam esse expressas, ut hic traditur, docent Sur. lus decisione 273. num. 3. decisione 37. num. 11. Mantica de conjecturis, lib. 5. titul. 16. num. 22. Tusclus, conclus. 79. num. 1. littera S. Peregrinus de fideicommissis, articulo 34. n. 14. & alii plures congett. à Fusario de Compendiosa, questione 241. Sed absolute eas esse expellas, docet Petrus Gregorius in syntagma, libro 42. cap. 6. num. 12. Et è contrario Petrus Leoninus in tract. de Compendiosa eas tacitas appellat, numer. 1. ferè infinitos Doctores refut pro opinione negativa per dictam legem pars iste approbat, & eam declarat decem & septuaginta, quibus ad fideicommissariam trahi Compendiosa verbis directis factam all. rit. & Tusclus, conclusione 796. ex num. 35. lit. S. & duas limitationes adducit Gregorius in dict. leg. 12. glossa 19. & hanc questionem latissime controvexit, ut solet Fusarius de Compendiosa, quest. 245. ubi ex numer. 15. probat quo. o. post pupillarem atatem valer jure fideicommissi, & in discursu questionis alias duas opiniones adducit, ferè infinitos referens: eum vide ibi. Et questione 234. & dubius sequentibus; ubi de hac eadem resolutione in militi vel alio privil. giato latissime agit, & Molina de justitia, tom. 1. disputat. 192. num. 23. ubi nostrum Gomezii laudat, vide etiam Merlinum de legitima, lib. 3. t. 2. quest. 14. late.

Ad num. 5. ibi: & breviter respondet, &c.

Compendiosa factam à pagano per verbum mer obliquum, solam fideicommissariam comprehendere omni tempore, ut noster resolvit receptissimam esse doctrinam assertit Covaruvias, in cap. Raynatus, §. 9. numer. 18. & eam defendant plures relati, & sequuntur à Menochio, lib. 4. presumpt. 55. ubi duas declaraciones, seu caus ponit, in quibus vulgaris continetur in Compendiosa obliquis facta, & tres alios in quibus continetur pupillaris; & ita faciuntur necesse est qui tenent substitutionem compendiosam factam per verba communia, fideicom-

fideicommissariam tantummodo comprehendere, de quibus *infra*, *numer. sequenti*, erit sermo, & in specie quod vulgaris non continetur in Compendiosa verbis obliqui facta, docet cum multis Fusarius, de *Compendiosa*, *question. 239.* ubi tres limitationes adducit, cum Menochio *della prejumprione* 58. *num. 4.* & 9. & cum Mantica *lib. 5. tit. 7. num. 18.* Et etiam quod in ea non continetur pupillaris, probat latissimum idem Fusarius, *q. 243.* ubi alios plures refert, ampliat, & limitat, vide Merlinum *suprà*.

7 Ad numerum 6, ibi, *Tertia principis opinio*, &c.

Compendiosam per verba communia factam contum cre papillarem; & fideicommissariam suis temp tribus, ut hic probatur, docent etiam Costa in cap. si pater, 3. part. verb. obliqua, numer. 37. Tusclus, *conclusione* 798. numer. 6. Covarruvias, in cap. Raynatus, §. 9. *num. 17.* Spino in *speculo*, *glossa* 4. *numer. 21.* & multū relati à Rota apud Farinacium 1. part., *decis. 639.* & 1. part. *decisio* 431. & magis receptam & vetram dicit hanc opinionem Menochius *lib. 4. presumptione* 54. *numer. 17.* ferè infinitos pro ea referens, numero 1. & sex conjecturas afferens, ex *num. 19.* quibus colligitur testatorum noluisse substituire pupillarer, sed per fideicommissum. Et de restricta substitutione ad certa bona, Mantica, *libro 7. titul. 3. num. 13.* quamvis teneant contrarium, imo omni tempore illi fideicommissari, plures relati per ipsos. Et hanc compendiosam substitutionem verbis communibus factam, vulgariter etiam continere, docent plures relati & sequunt per Menochium *suprà*, *presumptione* 53. & per Rotan apud Farinacium 2. part., *decisio* 94. *numer. 1.* Surdus *decisio* 35. *num. 9.* Crallus, §. *substitutione*, *q. 61.* Item fideicommissariam continere, quando jure directo valere non potest, receptam allegit ipse Menochius, *presumptione* 57. Et in specie quod hæc substitutio compendiosa communibus verbis facta, continet vulgariter, probat cum aliis multis Fusarius *question. 238.* ubi ampliat & limitat. Et quod continet pupillarem, probat etiam ipse Fusarius *q. 241.* quamplurimos pro ea referens, *num. 1.* Quamvis alii plures, quos ipse referit *num. 8.* teneant quod omni tempore sit fideicommissaria; cum vide, quia latissime materiam prosequitur, amplians, limitans, & declarans. Et quod fideicommissariam continet, probat ipse in *q. 246.* ubi tres casus distinguuntur ampliat, & limitat, quem in hac materia vide Fusarius, & Cancerium *variarum* 1. part. cap. 11. *num. 25.* & Scacciam de *Judicis*, *lib. 2. cap. 9. ex num. 1311.* & Merlinum *suprà*.

Ibi: *Quod intellige, & extende, &c.*

Valde controversa est hac quæstio, an matre existente, Compendiosa verbis communibus facta, continet pupillarem ad matris exclusiōnem, ut constat ex Cevallio, *tomo 1. q. 213.* & in eis plures Doctores pro & contra referunt Tusclus, *tit. 8. conclusione* 796. *ex num. 65.* & *conclusione* 797. *ex num. 37.* Surdus *deci. 273. numero 1.* & 1. ubi opinionem nostri Gomezii maximè adseruit; & triès principales opiniones adducit Menochius, *presumptione* 56. *lib. 4.* & *confilio* 144. *lib. 2.* plures Authors pro qualibet referens, ipse tamen contradicat nostro Gomezio eligit, præterquam in quindecim casibus seu cōjunctivis quas congerit, eos vide, & Fusarius in *dilecta questione* 241. quem

suprà retulimus, & allegare sufficiebat, quia omnia scripta in hac materia congerit, & *num. 16.* & *seqq.* pupillarem continere probat, & plures limitationes adducit, quod, ut jam ad vertimus, tenendum est, & matrem excludi, vide Cancerium *suprà*, & Merlinum *d. quest. 14.*

An autem compendiosa substitutio fieri possit in melioratione Tertiij, & quid comprehendat? vide Costain, in cap. si pater, verb. *Debita*, *numero 5.* qui solam pupillarem continere probat, si filius in estate pupillari decesserit, non tam vulgarem, nec fideicommissariam, si tempore mortis aliquis supedit ex commemoratis in *l. 1. titul. 6. lib. 5.* *Recopil.* & eum sequitur Matienzo *ibid. glossa* 9. *num. 4.* vide tamen Guttierrez *lib. 3. questione* 52. per totam, & quæ diximus *suprà*, c. 3. in additione ad *num. 22. in fin.*

Multæ quæstiones omisæ à nostro Gomezio videri poterunt per relatōs, *num. 1.* maximè per Petrum Leonium, Menochium, & Fusarium.

CAPUT VIII.

De substitutione Breviloqua.

SUMMARIUM.

- 1 *Quæ dicitur substitutione breviloqua, & quomodo fit?*
- 2 *Substitutione breviloqua quæ substitutiones continentur.*

ALIA est substitutio breviloqua, vel reciprocā, qua brevibus verbis fit, & comprehendet vel comprehendere potest plures substitutiones in personis omnium heredum, ut si testator dicat: *Instituo tales heredes, quos invicem substituo: proprium tamen nomen eius est reciproca, licet a *Glossis*, & Doctribus dicatur etiam breviloqua, textus est in hoc jure *infra isto tit.* ubi reciprocā substitutionē, quem ad hoc reputat singularem & unicūm Joan. de Imol. ibi, 1. col. & tenet Bart. in *l. Lucius*, *cod. tit. 2. col. 1. q. 5.* & ibi communiter DD. & confirmatur ratione: quia istud nomen, reciproca non potest ita alteri substitutioni adaptari, istud vero nomen, breviloqua, sic, quia potest competere, & adaptari compendiōse.*

Pro cuius perfecta declaratione & resolutione dico quod ista substitutio aliquando continet solam vulgarem in personis omnium heredum, scilicet quando simpliciter fit paribus vel imparibus, ut si testator i. situat duos, vel plures filios

jam puberes, vel heredes extraneos, vel filios, unum in puberem, & alium puberem, vel extra-neum; & eos invicem substituat; quia tunc sola vulgaris inter eos continetur: quia utique convenire potest, textus est formalis & expressus in d. l. *jam hoc jure, infra cod. ibi* in vulgarem tantummodo casu facit videri substitutionē: Confirmatur ratione, quia in dubia substitutio potius est judicanda directa vulgaris, quam obliqua, ut in *leg. Gallus*, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum. & in *leg. verbis civilibus*, *infra isto tit.* & ibi *Glossa ordinaria* & communiter Doctores. Unde licet his casibus potius inter eos fieri & competere fideicommissaria, tamen in dubio non debet presumi nec intelligi, & in expresso ita tenet & declarat Bart. in *leg. Lucius*, *infra isto*

tit. 2.

De substitut. Breviloqua. Cap. VIII. 145

rit. 2. colum. 2. *quest. & pen colum. num. 10.* & ibi communiter. Moderni, probat etiam textus in l.

3. *Cod. de impub. & aliis substitut.* & communiter Doctores, quod limite & intelligi, nisi in tali substitutione sit facta mentio mortis, ut si dicat testator, quod quandocunque heredes instituti decadant, eos invicem substituit, quia tunc etiam continebit fideicommissariam, secundum eisdem Doctores ibi. Aliquando ista substitutio breviloqua, vel reciproca potest continere vulgarem, & pupillarem, scilicet quando pater instituit duos vel plures filios impuberis, & eos invicem substituit: quia tunc in personis corum erit vulgaris & pupillaris: quia utique competere posunt: fecit vero si unus sit impuberis, & alter pubes, ut dixi, quia tunc in persona impuberis non continetur pupillaris, quia substitutio, quæ est unica determinatio, pariformiter debet utramque personam determinare; textus est in dīl. leg. *jam hoc jure, infra isto tit.* & ibi communiter Doctores text. in *leg. Lucius*, *codem tit. text. in leg. quamvis*, & in *leg. hereditatem*, *Cod. de impuber. & aliis substitut.* Et in tantum ista prior sententia, & conclusio est vera, quod substitutio breviloqua, vel reciproca facta pluribus filiis impuberibus, continet vulgarem, & pupillarem: ut procedat & habeat locum, etiam si unus corum prius perveniat ad maiorem ætatem, quam alter: quia in persona alterius non tollitur substitutio pupillaris, quæ semel fuit producta, ita Bart. in d. l. *Lucius*, *infra codem tit. 4. col. num. 9.* & ibi Bald. Aret. Alexand. & Moderni: & eam dicit communem opinionem Jafon, *num. 15.* tenet etiam Bald. & communiter alii Doctores, in *leg. in testamento*, *Cod. de testament.* milit. alii quando vero ista substitutio breviloqua, vel reciproca continet vulgarem, pupillarem, & fideicommissariam, scilicet quando testator instituit plures filios impuberis heredes, & eos invicem substituit, quandocumque decadant, quia utraque potest omnibus competere: & in expresso ita probant jura superius allegata, & tenet & declarat Bart. in dīl. *l. Lucius*, *col. 3. quest. principali*, & ibi communiter Doctores,

Extensio: Superioris doctrine.

Reciproca facta majoribus furosis quid continet, & alia.

5. *Mater an excludatur per pupillarem contentam in reciproca.*

4. *Quæstiones omisæ à Gomezio, ubi tractentur.*

D E Breviloqua, seu Reciproca substitutione videtur sum Guillelmus Benedictus in cap.

Raynatus, titul. de Breviloqua, Mantica de conjecturis ultimar. volunt. lib. 7. titul. 4. Politus de substitutionibus, titul. de reciproca: Covarruvias in dīl. cap. Raynatus, §. 7. num. 4. Gre-

gorius Lopez in l. 13. titul. 5. parv. 6. Matienzo alios referens in l. 1. titul. 4. glossa 17. lib. 1.

Recopil. num. 1. Spino in *Speculo testamentorum*, glossa 26. principali, Petrus Gregorius in *Syntagma*, lib. 42. capit. 27. Menochius lib. 4.

presumption. 59. 60. 61. & 62. ubi latissime

materiam explicat Cardinalis Tusclus littera.

S. conclusione 82. 828. & 829. Cancerius varia-

rum, 1. part. cap. 1. Costa in cap. si pater, verb.

Si decederet, & verb. Haredi, & 3. part. verb.

De filio ad filiam, & verb. Verbis, & quid si

tantum, Fusarius in tractatu de reciproca, Paulus Leonius eodem tractatu, Molina de justitia,

tom. 1. disputa: 191. qui alios ferè infinitos re-

ferunt, apud quos videre poteris.

Ad num. 1. ibi: *Alia est substitutione breviloqua, vel reciproca, que, &c.*

Reciprocam substitutionem, esse illam que comprehendere potest plures substitutiones invicem, in personis plurim heredum secundum corum qualitatem. Ita definit Paulus Leonius in titul. de reciproca, num. 1. ubi alias definitiones adducit, & alias Mantica de conjecturis ultimorum, lib. 7. titul. 4. num. 4. Covarruvias in cap. Raynatus, §. 7. numero 1. & cum predicta definitione ferè congruit illa quam tradit Spino, dīl. glossa 6. num. 1. & 2. & Richardus in rubrica *Institut. de vulgari*, num. 76. & Fusarius in tractatu de substitutionibus, *quest. principali*, & ibi communiter Doctores, & 54. num. 1. ubi alios refert.

Et proprium ejus nomen hoc esse, non Bre-

viloqua, ut hic resolvitur, docent Duare-

nus in *paraphrasi hujus titul. cap. de reciproca*,

Paulus Leonius *suprà*, num. 6. ubi explicat, cur sic appelletur, & Menochius lib. 4. *presumption.*

59. num. 2. ubi ex num. 3. plures causæ seu for-

mulas ponit hujus substitutionis, & quando facta

presumatur: & *presumptione* 60. num. 1. & 2.

& alios causæ adducit Rota apud Farinacium, 1.

parte, *decis. 53.* & *decis. 166. num. 1.* & sequent.

& *decis. 361.* ubi ex num. 15. referuntur requi-

sta hujus substitutionis, & *decis. 300. num. 10.*

Richardus in §. & plures, *Institut. de vulgari*,

num. 11. Osvaldus ad Donellum, lib. 6. cap. 13.

in notatis, litera N. Fusarius *dilecta questione* 254.

num. 2.

Et adde quod hæc substitutio reciproca indu-

citur aliquando ex conjecturis, ut probant Man-

tica de conjecturis ultimar. voluntatum, lib. 7.

titul. 4. num. 2. Menochius consil. 85. num. 43.

& consil. 176. num. 25. & lib. 4. *presumpt.* 59. &

seqq. latissime, & Fusarius *quest. 235.* Tuscl.

litera S. conclusione 828. de quo vide Donell.

1. 6. cap. 23. Petrus Gregorius in *Syntag.* 4. 2.

cap. 27. & post eos D. Larram. *decis. 61.* n. 18.

& 35. Facheum lib. 12. *cap. 39.*

Ad numerum 2. ibi: *Pro cuius perfecta decla-*

ratione, &c.

T Reciprocam

ANNOTATIONES.

AT in tantum ista prior. Quin & usque adeo pupilla rem reciproca hujusmodi complectetur, & ut matrem instar pupillaris expelat a filii hereditate profusa exigit ac deciderit, ut communiter placuerit efficiat plures causæ seu for-

mulas ponit hujus substitutionis, & quando facta

presumatur: & *presumptione* 60. num. 1. & 2.

& alios causæ adducit Rota apud Farinacium, 1.

parte, *decis. 53.* & *decis. 166. num. 1.* & sequent.

& *decis. 361.* ubi ex num. 15. referuntur requi-

sta hujus substitutionis, & *decis. 300. num. 10.*

Richardus in §. & plures, *Institut. de vulgari*,

num. 11. Osvaldus ad Donellum, lib. 6. cap. 13.

in notatis, litera N. Fusarius *dilecta questione* 254.

num. 2.

ADDITIONES.

SUMMARIUM.

1. *Doctores hanc materiam tractantes referuntur.*

Definitio reciproce substitutionis, & quare sic appelletur.

Inducitur ex conjecturis.

2. *Reciproca quæ substitutiones continent.*

* *Quando continent vulgarem, & pupillarem.*

Reciproca pupillarem continent, etiam si unus ex

filii prius ad pubertatem perveniat.

Reciproca quando continent vulgarem, pupi-

lam, & fidei commissariam.

Ant. Gomezii Varia Resol. Tom I.

Reciprocam substitutionem aliquando solam vulgaretur in personis omnium continere heredum, aliquando vulgarem, & pupillarem, & denique aliquando vulgarem, pupillarem, & fideicommissariam, secundum resolutionem & explicationem nostri Gomezii, docent & explicant Covartuv. in e. Raynatus, §. 7. num. 3. Gregor. Lopez in l. 1. tit. 5. part. 6. gloss. 3. & 4. & Paulus Leon. hoc ist. ex num. 13. ubi latè explicat, & in aliquibus à nostro Gomezio recepit, nempe in quantitate negotio nostra Gomezius locum esse fideicommissarium in primo casu sic posito, & oboe videndi sunt Menochius dict. presumpt. 60. numer. 67. Mantica dict. titul. 4. & 5. lib. 7. Menchaca de successionem progressi, lib. 2. §. 11. n. 9. & alij ferè infiniti adducti à Fulario quæst. 260. & Spino dict. gloss. 26. num. 8. qui omnes & alij quamplurimi ab eo relati, maximè à Menochio, quem omnino videas, negant fideicommissariam comprehendit, exceptis aliquibus casibus quos congerit ipse Menochius ex num. 70. usque in finem, cum commando, quia optimè materiam declarat, & Fusarium dict. quæst. 260. qui etiam plures limitationes adducit, prout etiam facit Mantica de conjectur. titul. 4. & 5. dict. lib. 7.

Ibi: Aliquando ista substitutio breviologa, &c.

Reciproca quo continet vulgarem & pupillarem, quando pater instituit duos, vel plures filios impuberis, & eos invicem substituit, probant latifissimè Menochius dict. presumpt. 60. quæst per totam, Spino dict. gloss. 26. num. 3. Molina de iust. 1. a. tom. 1. disp. 191. num. 4. Menochius ex numer. 61. quem vide per totam illam presumptionem, quia cruditiissima resolvit hanc materiam, nempe quod, & quæ substitutiones comprehendantur in reciproca, & Tuscum, & Fusarium suprà.

Item addo quod si reciproca facta est duobus filiis majoribus mente capitis, vel furiosis, continet vulgarem, & exemplarem. Item si duobus filiis impuberibus furiosis fiat, continet pupillarem, vulgarem, & exemplarem. Item si facta fuerit duobus filiis, alteri sane mentis impuberi, alteri vero puberi mente capro, sola vulgaris continetur; ut latissimè docet, & probat ipse Menochius ex numer. 61. quem vide per totam illam presumptionem, qui cruditiissima resolvit hanc materiam, nempe quod, & quæ substitutiones comprehendantur in reciproca, & Tuscum, & Fusarium suprà.

Item addo cum communī, & receptissima doctrina, quam adducit Fusarius quæst. 258. quod per pupillarem contentam in reciproca, mater excluditur, eum vide, & Spimum in speculo testam. gloss. 26. num. 3.

Reliquas quæstiones omislas à nostro Gomezio vide per suprà citatos, num. 1. maximè per Menochium, Manticam, Fusarium, Tuscum, & Spino, nec non Petrum Leonium.

CAPUT IX.

De Transmissione Hereditatis.

S U M M A R I U M.

1. Hereditas non adita regulariter non transmittitur ad heredes, & quæ sit hujus conclusio ratio.
2. Ea, qua consistunt in animo & declaratione voluntatis, an transmittantur ad heredes.
3. Ea, que sunt facti & in facto consistunt, an transmittantur.
4. Hares, qui patitur se mori ante acceptationem hereditatis an videatur eam repudiare.
5. Ad hereditis possit esse heres absque eo, quod primus sit heres.
6. Hereditatis legatum vel relictum in ultima voluntate, an semper censeatur relictum propter benemeritam.
7. Transmissione ex potentia suitatis, quando fiat:

8. Suitas

De Transmissione Hæreditatis Cap. IX. 147

8. Suitas tantum residet in prima linea vel gradu linea vel descenditum.
 9. Ut quis dicatur suis heres alicuius, requiriatur quod sit in eius potestate.
 10. Filius ingredens monasterium, licet liberatus à patre potestate, retinet tamen jura suitatis.
 11. Filius, licet per dignitatem liberetur à patre potestate, jura suitatis retinet.
 12. Filius adoptivus, an habeat jura suitatis.
 13. Suita qualiter possit esse & confidere sine patria potestate.
 14. Posthumus, an habeat jura suitatis.
 15. Necesse est in filio quo fonte processit, & quæ possit esse ejus ratio.
 16. Suita qualiter definitur.
 17. Hereditas jacens, non datur, quando quis decedit suo herede relicto.
 18. Si caveatur statu, ut de qualibet hereditate solvatur gabella, debet intelligi de hereditate relicta extraneo non filio suo.
 19. Suus heres an possit usucapere titulum pro herede,
 20. Hereditas patris non adita transmittitur ad heredes suos ex potentia suitatis.
 21. An suitas hodie habeat locum stante jure Prætorio à jure civili confirmato, & an beneficium definiendum sit inductum de jure civili.
 22. Beneficium abstinentia anni finiatur.
 23. Filius, an possit ex potentia suitatis hereditatem transmittere ad quocunque.
 24. Filius emancipatus an hodie possit transmittere patris hereditatem ex potentia suitatis ad quocunque.
 25. Creditores patris, an possint convenienter filium statim post mortem patris, non probata filii immixtione.
 26. Suitas remanent hodie in filio, his, que concernunt ejus commodum, non in aliis.
 27. Jus adveniendi contra extraneum an prescribatur aliquo tempore.
 28. Exclusus jure adveniendi vel immixtendi per spatiū 30. annorum ex testamento, non excluditur jure adveniendi ab intestato, nisi alii 30. anni labantur.
 29. Hares qui simpliciter renunciavit hereditati, an censetur renunciatio tam ex testamento, quam ab intestato.
 30. Filius suis, & in potestate constitutus, an possit hereditatem, quam sivej repudiavit, adire.
 31. Suitas quibus modis tollantur: & an tollantur per conditionem si voluerit.
 32. Filius emancipatus vel descendens ex linea materna, institutus sub conditione si voluerit, an transmittat hereditatem ex potentia sanguinis, & quid ab extranis.
 33. An filius suis heres, qui habet substitutum vulgarem, transmittat hereditatem ex potentia suitatis.
 34. Quid quando substitutio tantum concepta fuit in casu impotencie.
 35. Substitutio tacita vulgaris quæ comprehenditur sub expressa pupillari, transmissionem non tollit.
 36. Substitutio vulgaris tacita, quæ continetur in compendio vel breviologa, an tollat suitatem & transmissionem.
 37. Substitutio fideicommissaria, an tollat suitatem.
 38. Substitutio vulgaris facta in suitate, an tollat suitatem.
 39. Substitutio vulgaris, quæd legitimam, non tollit suitatem.
- Ant. Gomezii Variae Resol. Tom. I.

T 2

adetur,

² Ita & principaliter quero, an & quando Hæreditas non adita transmittitur in quo subtili & notabiliter articulo resolutivè dico, quod regulariter hæreditas non adita per heredem in vita ejus, vel bonorum possesso non agnita de jure Prætorio, non transmittitur ad heredes: sed est perinde, ac si non esset sibi delata, textus est in leg. si ex pluribus, in princip. ff. de suis & legit. hered. textus in leg. quoniam sōrōrem, Cod. de jure deliber. textus in leg. infantis versicul. & quid ex extrano in jure deliberaundi, textus in leg. unica. \$.

in novissimo, Cod. de cadiu. tollend. versicul. hereditatem. Cujus verba sunt: Hæreditatem etenim, nisi fuerit adita, transmitti, nec veteres concedebant, nec nos patimur, textus in leg. tercii. \$.

acquirere ff. de bono. poss. tit. generali, textus in leg. emancipata, Cod. qui admir. Cujus verba sunt: Hæreditata si non agnoverit intra annum, unde liberis bonorum possesso nulla ad heredes vendicationem successionis transmittere potuit pro communi sententiâ, & conclusione considero de jure regio, l. 1. tit. 6. 6. part. maxima tamen difficultas est in jure nostro, assignare rationem hujus conclusionis, & reperio aliquas principales rationes.

Prima ratio est, quia hæreditas vel bonorum possesso ex testamento, vel ab intestato: competens heredi, non est in bonis ejus, antequam

Ratio

coac.